



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

67. Quid si parochialis Ecclesia spectet ad aliquod Capitulum, utrum
singuli Capitulares ab illius cura eximentur, Decanusque illius onere
prægavabitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

jure uti poterunt. Rota dec. 17. post Princ. de concess. preb. in Novis. Farin. d. decif. 354. n. 6.
part. 2. Quæ tamen ab Ecclesiasticis statutis & Privilegiis modificanda sunt.

QUESTIO LXVII.

Quid si Parochialis Ecclesia spectet ad aliquod Capitulum, utrum singuli Capitulares ab illius cura eximantur, Decanusque illius onere prægravabitur?

SUMMARIUM.

1. Ecclesia Parochialis qui probetur Collegiata.
2. Intellectio axiomatis, Provisio hominis facit cessare provisionem legis.

Respondendo, hujusmodi Parochias, quales sunt non pauca, non afficere Decanalem dignitatem, neque singulos Canonicos in individuo, sed omnes, uti Collegium, & personam mysticam. Puteus dec. 290. l. 1. conf. 267. n. 1. Cald. conf. 18. vers. Non oblati si dicatur. Lapsus alleg. 5. n. 7. Cassad. dec. 11. n. 3. de præb. Farin. dec. 340. part. 2. ideoque ejusmodi parochialis Ecclesia erit per quempiam Vicarium à Capitulo nominatum exercenda. Evidens autem erit probatio, parochiam esse Collegialem, si illius fructus inter collegas Collegialiter dividantur, Farin. d. dec. 340. num. 2. par. 1. trutinandum enim est onus ab æquilibrio fructuum, & ratiocinatio inde defumenda cap. qui senit de reg. Jur. in 6. ut Parochia onus ab illius commodo reguletur, ea officii de testamentis l. cum ab uno in pr. ff. de leg. 2. l. qui tutelam ff. de testam. in l. si compensandi C. de Hered. 23. n. 12. Et segg. Farin. d. dec. 340. n. 2. idque nisi provisio hominis, hoc est pacta, aut alia legitima, & Canonica dispositio aliquid inducant, juxta vulgatum illud dogma, provisio hominis facit cessare provisionem legis, scilicet de quo homo Canone permittente disponere potuit. l. fin. C. de pactis conventis d. certe s. cum qui ff. de precario gl. l. cum ex filio s. filium ff. de vulg. Et Pup. quod intellige, nisi hominis provisio cum legis aut Canonis dispositione possit concurrere, tunc enim provisio hominis non facit legis dispositionem deficere. Bald. conf. 329. nu. 1. vol. 1. Gozadinus Conf. 74. n. 11. Surdus Conf. 34. num. 33. hb. 1. Farinac. decif. 392. nu. 4. in fin. part. 1.

QUESTIO LXVIII.

Præpositus Ecclesiæ an dare possit licentiam extrahendi debitorem è claustris.

SUMMARIUM.

1. Distinctio inter claustra prophana & sacra.
 2. Violatione locorum sacrorum committitur sacrilegium.
 3. Ecclesia immunitas extenditur ad 30. vel 40. passus.
 4. Debetur auctoritate Superioris rectè extrahatur è claustris prophanis.
- Non 2

Quæ